





DISSESSATIO IN AVGVRALIS JVRIDICA  
DE  
**DIVISIONE**  
**PARENTVM**  
**INTER LIBEROS**

2170  
1740, 21<sup>c</sup>

VVLGO  
**Bon Säterlicher Theilung.**

QVAM  
PRAESIDE  
**CHRISTIAN. VVILDVOGELIO**  
ICTO CONSUMMATISSIMO  
CONSILIARIO SAXO-ISENACensi INTIMO, CVRIAe PROVIN-  
CIALIS ET SCABINATVS NEC NON FACVLT. JVRID. AS-  
SESSORE GRAVISSIMO, JVRIIS PVBL. FEVD. ITEMQUE  
COD. ET NOV. PROFESSORE ORD.

PRO LICENTIA  
SVMMOS IN VTROQUE IVRE HONORES CAPESSENDI  
IN ALMA SALANA  
DIE DEC. AO. C. MDCCX  
PVBLICO ERVITORVM EXAMINI SVBMISIT  
**JOHANNES FRIEDRICVS KROMAYER**  
JENENS.

VITEMBERGAE, EX OFFICINA EICHSFELDIANA  
1737. (5)  
ex auct. Lief. M. Jan. 1740 a. 100-

LIBERATIO INQUISITORUM  
DIVISIONE  
PARVIT  
INTER TERRAS

de Christianis & Non Christianis

CHRISTIANIUS ET NON CHRISTIANI

ICTO CONSULATI MATERIA  
CONSULTO SAXO-BERVACENSIS IN IURE QUITANUS  
CIVIS ET SCIRPANUS HIC NON FEGIT, JEGO ZA  
SEZORIS CHRYSAURIS TERRA TERRA TERRA  
COP ET NOL TERRA TERRA TERRA

PRO LITERIS

SCHOLIS IN LIBRIS, IN LIBRIS IN LIBRIS  
IN LIBRIS IN LIBRIS IN LIBRIS  
IN LIBRIS IN LIBRIS IN LIBRIS  
TERRA TERRA TERRA TERRA TERRA TERRA

CHRISTIANIS REHEDICIS TERRA TERRA TERRA



# Cum Deo !

## THESIS I

**Q**VAM solliciti fuerint Romani in custodientia libertate, eiusque effectibus, & praecepue vltimis voluntatibus, neminem latere potest, nisi eum, qui se, etiam elementorum iurisprudentiae, profitetur ignarissimum. Vnde factum est, ut Romani testamenti factionem tanquam praecipuum libertatis effectum non tantum tot legibus statuminauerint, verum legibus etiam quam multis fraudes praecauentes testamenterorum sinceritatem firmaverint.

## TH. II

**H**ae cautiones autem ab aliis rursus in perniciem & euersionem vltimorum voluntatum tractae sunt, vnde in quibusdam voluntatibus ad simplicitatem iuris gentium redire maluerunt. Non tamen omnibus id concessum est, verum quibusdam solum personis, quas recensere nunc non vacat: parentes tamen praeterire nolumus, quippe quibus, A non

2 DE DIVIS PARENT INTER LIBEROS

non tantum minus solenniter testamenta condere,  
sed & absque testamento ab intestato diuisionem bo-  
norum inter liberos instituere licet.

TH III

**D**e hac diuisione parentum inter liberos in praesenti, pro modo instituti, agere animus est. Cumque origo vocabulorum eorumque significatio in vulgus sit nota, non est, cur nos in vberiorem eorum declarationem diffundamus, sed progredimur statim ad illius diuisionis descriptionem, quod nimirum sit actus, quo parens heredes non instituit, sed in modum legati liberis assignat, quid ab intestato venientes capere debeant. *L. ult. C. famil. hercisc. vid. Perez. in Cod. de test. n. 28, Richter. dec. 29 n. 25, Struv. Ex. 32 tb. 20.*

TH IV

**D**iximus, quod parens diuisionem hanc instituat: an ergo & mater hic intelligitur? Ita putamus; nam cum testamentum minus solenne etiam a matre condi possit, *I. 21 s. 1 c. d. testam. ibique Brunnen. Nou. 107 praef. verb. sed & in matre Carpz. p. 3 C. 4 tb. 15, Reufner. d. testam. Vol. 2 c. 2 n. 5, Mev. ad Jus Lubec. p. 2 tit. 1 art. 2 n. 14, non appetet, cur non etiam nuda diuisio illi sit permittenda. Testamenti sane factioinem minus solennem ipsis concessam esse, praeter leges iam allegatas, probant ex *L. ult. C. famil. hercisc.* quippe quae non suorum tan- tum*

tum liberorum, sed & emancipatorum meminit, ex quo concluditur, non esse rationem decidendi in patria potestate collocandam, sed in parentela, quae patri pariter ac matri communis est. Imo eo magis videtur matri permittenda, quod etiam multo liberior eius quondam fuerit testamenti ordinatio, nam pater patriam potestatem habens, tenebatur liberos suos instituere, aut nominatim exheredare, mater e contrario ab hac necessitate pronunciabatur libera. *s. ult. de exhered. liber.* Potest hoc non incommodo extendi ad matres, quibus statuto facultas condendi testamentum est ademta, has enim potestate faciendi codicillos, in quibus diuissio fit, & qui in effectu cum ea conueniunt, non carere putamus, quandoquidem iura statutaria ita sunt intelligenda, ut iuri communi minime derogent. *I. 21 ff. de test. milit. cap. 8 X. de consuetud.* adeo, ut nec ex identitate rationis vltra casum, de quo loquuntur, extendantur. Gaius *lib. 2 obs. 33 n. 9*, & codicilli, si in proprio significatu sumantur, a testamentis sunt diuersissimi, *L. 7 C. d. Codicilli. L. ult. ff. eod.* Cum igitur humanitati conueniens sit, licentiam disponendi per codicillos non omnino sublatam videri. *L. 1 C. d. SS. ecclesiis. L. 6 f. 2 de iure Codicilli.* iuncta *L. 22 ff. de leg. 3*, & iura haec correctoria sint odiosa, ac propterea strictissimae interpretationis, *arg. L. 42 ff. de poenis. C. odia d. R. f. in 6to*, hinc adhuc regulariter saluam esse matribus inter liberos per codicillos disponendi facultatem, concludimus. Nec obstat *L. 6 §. pen. ff. d. iure*

A 2

4 DE DIVIS PARENT INTER LIBEROS

*d. iure Codicill.* vtpote quae de iure communi loquitur, quo ita constitutum est, vt is, qui testamenti factio-nem non habet, nec codicillos condere possit. Sta-tuta vero, in primis iuris communis correctoria, ita accipienda sunt, vt quam minimum recedatur a iure communi, Matth. Wesenb. vol. 1 cons. 14 n. 10, cum ea tantum disponere intelligantur, quantum loquun-tur, adeoque casus omissus pro omisso, & sub dispo-sitione iuris communis relicto haberri debeat. Coler. part. 1 dec. 7 n. 26. Cothmann. vol. 3 R. 46 n. 31 Nec obstat regula iuris: quod aliquo prohibito, censeantur omnia prohibita, quae ex eo sequuntur. *C. cum quid;* 39. d. R. I. in 6. quoniam codicilli ab in-testato facti, de quibus quaestio est, ad testamentum non pertinent, nec illud sequuntur, sed per se valent, & testamenti tantum speciem exhibent, vt constat ex L. 16. ff. de Iur. Codicill. Cum igitur euictum sit, quod mater in praedi<sup>c</sup>to casu nihilominus possit codicillos facere, & in illis legata relinquere, diuisio autem pa-rentum inter liberos, in modum legati fiat, dubium superesse non potest, quin matri etiam in praedi<sup>c</sup>to casu talis diuisio adhuc sit integra.

TH. V.

**P**ater autem bona sua inter liberos se viuo diuide-re nequit, ideo, quod huiusmodi diuisio sit instar donationis, quae inter patrem & filium in potestate constitutum regulariter non subsistit. *L. 1 §. 1 ff. pro donat.* *L. 11 L. 17 C. de donat.* *L. 28 C. d. donat. inter vir.*

VULGO: Von Väterlicher Theilung.

*vir. & vxor.* Gail. lib. 2 obs. 38, nam nemo sibi donare potest, arg. L. 56 §. 1 de fidei usf. Aliud autem est, si diuisio ita facta testamento, vel codicillis confirmata sit, tunc enim valida & a filiis omnino seruanda est, quia hoc pacto vim ab ordinatione supremi iudicij ac ultimae voluntatis, non a donatione accipit, L. 20 §. 3 famil. bercise. L. 10 C. eod. Iure tamen Saxonico Eleitorali per donationem inter viuos vni ex liberis bona concedere licet, de quo vid. Carpzou. lib. 6 R. 43 n. 26, & P. 2 C. 12 d. 22. Praeterea aliud est, si vni ex liberis aliquid minus iusto pretio pater vendat, dummodo reliqui in legitima, iure naturae debita, non defraudentur, Nou. 22 C. fin. per quem texum deciditur, daß der Vater seiner Kinder einem seine Güter verkaufen, oder zuvor aus vermachen, und darinnen einen Vortheil (salua tamen legitima aliorum) thun möge, attestante Schneidewin ad tit. Inst. de affign. lib. n. 5, vbi ita quotidie pronunciari refert.

TH. VI

Sicuti autem necessarium est, ut pater inter omnes liberos diuisiōnē faciat, & nullum praetereat, quia ab intestato fit successio, & tantum de quantitate portionis agitur, vbi excessus in vna vel altera re per modum legati valet, ita cauendum est, ne quisquam liberorum laedatur in legitima. Nec aliter diuisio subsistit, quam si vnuſquisque ex liberis tantum capiat, titulo quoconque, quantum ratione legitimae

## 6 DE DIVIS PARENT· INTER LIBEROS,

ipſi debetur, l. 30 & 31 C. de inoff. test. quia in l. 16 C. famili. bercisc. casus testamenti inofficioſi, i. e. (vt glossa ibi textum exponit) casus praeteritionis & exhereditationis clare diſtinctus eſt a noſtra diuisione; tum etiam, quia textus in L. fin. C. famil. bercisc. diferte dicit, ea, quae de diuisione hac noſtra traduntur, intel ligenda eſſe, quando legum ſolennitas deficit; at ve ro ſolennitatem legum intelligimus reſpectu numeri testium, non reſpectu praeteritionis, quae inofficiateſtim, vt ita loquar, concernit; Hahn. de diſpoſit. Parent. inter liberos ib. 82.

## TH. VII

Quando vero inter omnes liberos fit diuifio, tunc illa aut aequalis eſt, aut inaequalis. De aequali non potest eſſe dubium, quin valeat, quia alias regulariter diuifio debet aequaliter fieri, neque opus eſſet praecife parentum diuisione. Sicut enim, fi plures instituuntur heredes, ita demum in hoc caſu partium diſtributio neceſſaria eſt, fi nolit testator, eos ex aequis partibus heredes eſſe: fatis quippe conſtat, nullis partibus nominatis, ex aequis partibus heredes ſuccedere §. 6 Inst. d. bered. inſtit. ita etiam res in caſu intestati eſt comparata, vt tunc demum diſtributio partium neceſſaria fit, fi nolit parens, liberos ab intestato ex aequis partibus heredes eſſe. Quaefcio ergo eſt de inaequali diuifione, quae an valeat? controuertunt. Nos hanc valere, nulli dubitamus, quia diſtributio & diuifio haec vim preelegatorum habet, quae

a

a parentibus filiis relicta' valida sunt. Probatur autem haec sententia ex L. 16 & vlt. C. famil. hercisc. in quibus dicitur, ex SCto Trebelliano posse retineri quartam, cui tamen locus esse non potest, nisi supponamus, filios esse inaequaliter vocatos, Natta, *Conf. 622 n. 8.* Deinde probatur id ipsum argumento *Nou. 107 cap. 1 & Autb. quod sine. C. d. testam.* in quibus traditur regula generalis, quod testamentum minus solenne inter liberos valeat, a qua regula casus iste non reperitur expresse exceptus, ergo standum est regulae. Imo requiritur, cum testamentum est impersecutum, ut vnciarum quantitas describatur, id quod superuacuum esset, si omnium filiorum vnciae deberent esse aequales. Et quamvis leges aequalitati inter liberos faueant, quia, sicuti inaequalitas inter liberos existit causa litium & discordiarum, ita aequalitas concordiam & charitatem inducere solet, *L. 6 f. 2 in f. C. d. bon. quae liber.* vt proinde etiam parentes ad aequalitatem inter liberos seruandam inuitentur, *L. F. C. communis utriusque iudic.* Hae tamen parentes ad aliam aequalitatem, quam quae illis ratione tituli incumbit, non adstringunt, sed potius permittunt, magis dilecto filio plus dare, dummodo reliquorum legitima non grauetur. Confirmatur etiam asserta inaequalis diuinitio ex *L. 10 C. famil. hercisc.* vbi haec leguntur uerba: *Quoties inter omnes heredes testator successionem suam diuidit, ac singulos certis possessionibus cum mancipiis, quae in iisdem sunt constituta, iuber esse contentos, voluntati eius (salua legis Falsidiae autoritate) obtemperandum esse, manifestum*

8 DE DIVIS PARENT INTER LIBEROS

nifestum est. Ex quo enim rescriptum hoc detractio-  
ni Falcidiae dat locum, eo ipso innuit, alterum praegrauari posse in divisione paterna: cui consequens,  
aequalitatem praecise fernandam non esse. Imo com-  
muniter receptum est, contractus parentum inofficio-  
sos nullo remedio coerceri, nec alienata a patre ti-  
tulo onerofo a liberis retrahendi, vel reuocari posse.  
Bartol. in L. hereditarium. 17 ff. d. bon. aut iud. poss. Pe-  
trus Heig. part 1 quaest. 25 n. 38, idque ideo, quod ante  
obitum patris liberi, ne quidem in legitima, multo  
minus in reliquis bonis, quicquam juris sibi sumere  
vel arrogare queant. 1. i §. 21 ff. d. collat. 1. i §. 6 ff. d suc-  
cess. edit. Heig. cit. loc. ac propterea tanquam heredes  
factum patris praestare, eiusque contractum vel alie-  
nationem ratam habere teneantur. L. cum a matre 14.  
C. d. rei vind. 1. 3 C. d. reb. alien. non alien. l. ea quae a pa-  
tre. 7 C. d. test. mil. & eor. quae Reip. caus. abs. Quod si  
ergo pater sine liberorum consensu bona sua in ex-  
traneum transferre potest, quidni etiam liberum i-  
psi esset, tribuere maiorem saltem bonorum partem  
vni ex filiis suis, conquerentibus licet reliquis super  
inaequalitate?

TH. VIII

Praediatis quidem obiciunt l. vlt. ibi: *tamen pares*  
*videntur esse. C. famili. berecisc.* atque hinc patrem non  
aliter inter liberos praetermissis solennitatibus testa-  
ri posse putant, quam si aequalitatem inter liberos  
seruet, veluti ita sentiunt Decius Conf. 105 n. 6 Bartol.

vol. 2

VULGO : Von Väterlicher Theilung. 9

vol. i. Conf. 32 n. 6; Andreas Tiraquell. d. jur. primogen.  
queat. 4 n. 4, quod tamen alii ad magnam & iniurio-  
sam inaequalitatem restringunt, modicam vero & par-  
vam testamento, multo minus diuisioni, haud obfis-  
te re existimantes. Sed quicquid horum sit, verba di-  
ctae l. vlt. non de paritate seu aequalitate portionum,  
sed potius de pari succedendi iure, accipienda esse,  
iam ante diximus, quasi dicat Imperator: inter omnes  
heredes suos, hoc est, liberos, ex quolibet venientes  
gradu, attamen pares in succedendo, veluti filium, &  
nepotem ex filio praemortuo, patris ultima voluntas  
custodienda erit, etiamsi solenni testamento non con-  
tineatur. *Glosa in d. l. vlt. verb. pares.* Nam si aliter di-  
ceremus, & legem de aequalitate portionum intelli-  
geremus, sibi inter ipsi lex aduersari videoeretur, eo, quod  
deinceps auxilium SCi Trebelliani considerat, ut  
bene animaduertit Harprecht. in f. 3 & 4 n. 270 in f.  
*Inst. d. test. ord.* Vnde & inaequalitatem magnam us-  
que ad legitimam admittimus, hanc enim nullo iure  
grauari posse, certum est, nisi quod quidam certas  
cautiones inuenerint, quorsum referunt fideicommissum  
reciprocum, quam tamen materiam alio remit-  
timus. Ceterum inter dissentientes a nobis refertur  
etiam Ernest. Cothmannus Vol. i R. 6 n. 19 & seq. Quia  
vero eius argumenta partim iam sunt recensita & re-  
futata, partim etiam ad testamentum parentum inter  
liberos pertinent, nostra ditissimo autem laxioris sit dis-  
positionis, hinc supersedemus taediosa repetitione.  
Evidem Cothmann. cit. loc. n. 48, obiectioni, quod a-

B

lias

## 10 DE DIVIS PARENTI INTER LIBEROS

lias parentum diuisio non magnae vtilitatis sit, satisfacere intendit, & hac vtiatur instantia: scimus enim, patri licere inter liberos de feudis disponere & singulis liberis aequales partes adscribere, eamque patris ordinationem ragan baberi & obseruandam esse, quemadmodum notant Feudistae ad cap. unicum, circa princip. d. success. feudi & alibi, cum tamen & sine testamento liberi essent aequales partes ex feudo percepturi. Sed vero parum proficit hac responsione, quin potius fatetur illa ipsa, non magnam vtilitatem afferre talem diuisionem: vt tacemus talem diuisionem ab aliis plane in feudis non admitti, per expressum textum in C. vn. pr. ibi: nulla ordinatione defuncti in feudo manente vel valente; de success. feud. i F. §, de qua re postea. Et licet porro adjiciat, quod alias quam plurimas vtilitates talis diuisio habeat, cum ad incommoda amovenda & lites praecauendas, vel maxime conducat, & hoc amplius in modico aliquem liberorum vel honorari, vel onerari posse, concedat, eo tamen ipso assentit, quod diuisio possit inaequaliter fieri, nam & certa portio assignata, altera potest esse melior, vel deterior, licet vel maxime aequalitas intendatur. Et in nostram sententiam videtur tandem ipse concedere Cothmannus cit. loc. n. 60 & seq. quando ait, patrem quasdam saltem res liberis ab intellecto successuris preelegare, vel de iisdem inaequalem diuisionem facere posse. Firmo ergo stat tali sententia, quod diuisio paterna possit non tantum aequaliter, sed inaequaliter fieri, modo laesio non fiat in legitima.

TH. IX

## TH IX

**A**n vero vice versa etiam liberi inter parentes ac qualiter bona diuidere valeant, quaeritur? ut plurimum id DD. negant, & rationes petunt a testamento parentum inter liberos priuilegiato, nam nec hoc a liberis inter parentes condi posse, inde adstruunt, (1.) quia testamentum imperfectum & priuilegiatum contra regulas iuris communis est receptum, non igitur debet produci ad consequentias l. 14 d. LL. C. 74 d. R. I. in 6 l. 14 pr. d. R. I. quod tamen fieret, si etiam minus solenne testamentum liberorum inter parentes valeret: (2.) quia hic non militat ratio, quae testamentum imperfectum priuilegiatum introduxit, scilicet favor liberorum: cessante igitur ratione iuris, cessat quoque iuris dispositio, l. 32 d. pactis Euerhard. in topic. loco a cessatione rationis n. 1 & 2. Quae sententia (3) confirmari videtur per l. bac consultissima. 21 s. ex imperfecto. 2 C. d. test. vbi Imperatores testamentum priuilegiatum restringunt ad solos liberos, ibi: nisi inter solos liberos. Cum quibus consentit Nou. 107 in pr. ibi: omnibus modis inter liberos tener. (4) quia, vbi agitur in jure destamento hoc imperfecto priuilegiato, semper loquuntur textus de testamentis liberorum, l. 16 & vlt. C. famil. hercisc. l. bac consultissima. 21 s. ex imperfecta. cit. Autb. quod sine. & Autb. hoc inter. C. d. test. quod procul dubio non fieret, si isti textus etiam haberent locum in liberis instituentibus heredes parentes suos, in minus solenni voluntate. Schroeter. de

B 2

test.

## 12 DE DIVIS PARENT. INTER LIBEROS

test. inter liberos. cap. 8. & haec sententiam a DD. communiter receptam esse, ait Müllerus ad Struv. Exerc. 32 §. 20 lit. ξ. praesertim quod paterna haereditas liberi ipso iure debeatur, & inuercundum admcdum sit, voluntati patris quoconque modo probatae contrauenire, quin & singularis reuerentia, quam liberi debent parentibus, hoc innuat, quae omnia extendi non debent ad parentes, quos liberi heredes instituere volunt. Carpz. part. 3 c. 4 d. 15. Quamuis igitur argumentum a testamento parentum, ad diuisionem parentum inter liberos, negatiue non semper procedat; quia tamen rationes antea allatae, partim etiam in diuisione parentum locum inueniunt, hinc eatenus idem ius statuere cum communi DD. schola non dubitamus. Dissentit quidem Curtius Iunior. in d. l. bac consulfissima 21 ss. ex imperfecto. n. 4. Julius Clarus d. l. Antonius B. Butrio. conf. 15. Sed hisce satisfecit Schroeter. cit. loc. Quamuis enim dissentientes reciprocum correlatiuorum ius urgeant, L. f. C. de indūct. uid. tamen hoc argumentum fallit, quoties alterius correlati propria qualitas & diuersa ratio occurrit; arg. c. 4 X. d. confirm. util. & inutil. iuncta l. 32 d. pacf. Oldendorp. top. leg. loco. a correlato, id quod hic contingere ex l. uff. de lib. & postb. l. 10 ff. pro socio. l. 15. pr. ff. d. inoff. test. l. 7 ss. 1 ff. unde liberi. l. 50 ss. 2 in f. ff. de bon. libert. iuncta l. 6 pr. de iur. dor. l. ult. C. de Codicill. adstruunt. Dissidentes urgent porro fauorem testamentorum, l. 5 ff. quemadm. test. aper. sed testamentis quidem recte fauemus in dubio, non autem, cum legibus

bus sunt improbata. *I. 10 pr. de ineff. test.* Caeterum minime obest, quod, sicuti liberi parentibus, ita parentes liberis ab intestato succedant. *Nou. 118 cap. 2.* Nam haec ratio nihil probat: sequeretur enim, quod & collateralibus inter collaterales, talis priuilegiata diuisio sit permittenda.

## TH. X

**D**ispiciendum nunc est, an etiam auus inter nepotes & deinceps diuisionem possit ordinare? Evidem, quoad testamentum cui inter liberos, maxima est controversia. Nam quia in *I. 21 f. 1 C. de test.* dicitur, quod inter liberos parentum voluntas valeat, sub liberis autem etiam nepotes continentur, *f. ult. Inß. qui test. tur. dari poss.* hinc videtur generaliter quaestionem posse affirmari. Rectius tamen distinguitur, inter nepotes primum successionis locum occupantes, & reliquos: quoad illos expeditum est, valere aui testamentum, per textum in *I. ult. C. famil. bercise.* ibi ex quolibet venientes gradu, & quia in *I. 21 f. 1 C. d. test.* generatim de parentibus & liberis disponitur, nos autem iam antea demonstrauimus, appellatione librorum contineri nepotes, imo alias quoque in dubio, si causa fauorabilis est, hoc obtinet, ut sub appellatione filii atque patris, videatur comprehendendi nepos & auus. *I. 201 d. V. S.* hinc vix aliquod dubium superesse poterit. At quando nepotes, superstite adhuc ipsorum patre vel matre, primum locum in succedendo non obtinent, res difficultate non caret, nam

B 3

DD.

14 DE DIVIS PARENT<sup>·</sup> INTER LIBEROS

DD. fere communiter, teste Boërio *decis.* 241 n. 3 existimant, auum inter nepotes priuilegiato hoc testandi iure indistincte vti posse, siue ii primum, siue secundum in successione gradum obtineant, per text. *in d. l. 21 §. 1 C. d. test.* vbi parentum & liberorum appellatione omnes in infinitum intelligi volunt, arg. *l. 4 §. parentum 2 ff. d. in Ius uoc.* non obstante *l. ult. C. famil. hercisc.* quam per allegatam *l. 21 §. 1* correctam esse contendunt allegati ab Hartm. *Pist. lib. 1 quaest. 1* n. 16 eoque inclinare etiam videtur Baldus ad c. *si clientulus. n. u. d. alien. feud. 1 T. 3.* Alii tamen, nequit quam valere testamentum parentum quoad nepotes, opinantur, quos refert & sequitur Harprecht. *in §. 3 & 4 n. 104 & seq. Inst. a. test. ord.* propter verba *l. ult. C. famil. hercisc.* ibi: *tamen pares uidentur esse*, quae hoc ipsum ad nepotes, patre ipsorum prius defuncto, via cum liberis testatoris iure representationis succedentes, restringere uidentur. Atque hanc opinionem approbat Ludwell. *d. ult. volunt. part. 2 p. m. 333* Priorem uero amplectitur Carpzou. *part. 3 c. 4 dec. 16.* Quicquid horum sit, cum nostra diuisio respiciat successionem ab intestato, ubi parens arbitrum in famil. hercisc. iudicio praeuenit, statuimus, eam inter omnes obtainere liberos, qui ab intestato succedunt. Add. Meu. *ad Ius Lub. p. 2 tit. 1 art. 2 n. 31.* Meier. *Coll. Arg. lib. 28 tit. 1 tb. 52 n. 2.*

TH<sup>·</sup> XI

## TH. XI

**E**t hinc etiam est, quod nobis non distingendum esse videatur, inter liberos in potestate constitutos, & emancipatos, *I. vlt. C. famil. hercise. & I. 21 §. i C. d. test. & siue ab initio legitime sint nati, siue ex post facto fuerint legitimati, arg. Ø. ult. Inst. d. nupr. Nou. 74 & 89. Gail. lib. 2 obs. 112 n. 21 & 22 ubi de legitimatis per subsequens matrimonium nullam dubitationem esse ait, quia matrimonium omnem maculam praecedentem abstergit & emendat. Sic & mater inter liberos naturales & spurious poterit diuidere. Quamuis enim Lex XII Tabb. ne quidem inter matrem & filium filiamue vltro citroque hereditatis capienda ius dederit, pr. Inst. d. SCto Tertulliano, tamen SCtum Tertullianum matribus in bona vulgo quae-sitorum & Orphitanum filiis, licet vulgo quae-sitis, in bona materna successionem indulxit. *§. 7 I. d. t. §. 3 I. ad SCtum Orpbic.* & propterea etiam hodie non iure matri, quae certa est, spuriis succedunt, nec ab aliis legitime natis excluduntur, vti praeiudiciis confirmat Richter. *d. success. ab intest. Seft. i membr. 3 n. 6 & 7.* Neque hac in parte inter naturales & spurious distinguimus: quanquam enim, ut filius sit naturalis, multi requirant, vt sit natus ex muliere concubina, quae affectione maritali sit habita, & detenita in schemate coniugii & habitu concubinae; attamen hodie naturales & spuriis promiscue sumuntur, & hoc nomine indigitantur illi, qui suscepti extra nu-ptias*

## 16 DE DIVIS PARENT INTER LIBEROS

ptias ex coitu cum soluta, quae ob libidinem corporis sui copiam omnibus non fecit. Förster. *d. success.*  
*lib. 6 c. 46 n. 9.* Richter. *c. 1. n. 5.* Interim matrem, quae illustris est, hac disponendi facultate inter spuriros destitui putant, legitimis liberis existentibus, *l. 5*  
*C. ad SCrum Orbitian.* cum ea castitatis observationem, praecipuum tantae originis debitum, neglexe-  
 rit, & spuriorum nomen iis natalibus indignum sit. Patri vero inter spuriros disponendi facultas non vi-  
 detur data, nam in §. 12 *Inst. d. nupt.* dicitur, quod non intelligantur habere partem, & licet per sententi-  
 am iudicis stuprator certus forte sit declaratus, inde  
 tamen ius succedendi spuriis non est indultum, adeo-  
 que nec patri disponendi facultas concessa, quod e-  
 nim expresse non est mutatum, quare stare prohibe-  
 atur? Inde etiam extendunt hoc, ut procedat, licet  
 mater vi vel dolo fuerit deflorata, atque filii propter-  
 ea nec arma vel insignia patris gerere possint, nec  
 illius nobilitatem assumant. Richter. *d. success. ab intest.*  
*fect. 1 m. 3 n. 4.* Inter adoptuos autem liberos, siue  
 plene, siue minus plene adoptati fuerint, hanc paren-  
 tum divisionem admittimus, quia omnes ius suc-  
 cedendi ab intestato habent, & regulariter adoptio imi-  
 tatur naturam. *§. 4 Inst. d. adopt.* Cumque quoad  
 arrogatos etiam testamentum parentum admittant  
 Ludwell. *d. ult. volunt. p. 2 p. m. 334,* hinc multo ma-  
 gis simplex diuisio erit concedenda.

TH' XII

## TH. XII

**H**oc etiam quaeritur: an pater liberis secundi matrimonii aliquid praelegare possit, ut hi plus consequantur, quam anterioris matrimonii liberis relietum est? de quo in utramque partem disputat Sande lib. 2 dec. Frisic. tit. 3 def. 6 & in casu sibi proposito paulo alter format quaestione, in fine autem adicit, quod Domini in curia pro liberis posterioris matrimonii suffragia dederint, quae, quia a sua opinione erant aliena, ex Mornacio adiicit: *peccatur saepissime a iudicibus, quod quaestiones interpretum agentibus hinc inde, omittantque interim parentem in angulo perscrasim.* Quaestio enim juris nunquam moueri disceptarique debet, ubi proponitur permista amplicitaque facti dominantis species. Nos quaestione affirmamus, dummodo legitima liborum non minuatur. Nov. 22 cap. 48, ubi Justinianus dicit, se parentibus aequalitatem suadere, non iubere. Meius ad Ius Lubec. part. 2 tit. 2 art. 28 n. 65. Rittershus. ad Nov. p. 4 c. 5 n. 10. Non idem dicendum ex multorum sententia, de matre, ne, quando liberis secundi matrimonii quid donat, ex legis dispositione eorum bonorum patri ususfructus acquiratur. 1. & seq. C. d. bon. quae liber, & sic legi Hac editiali. C. d. sec. nupt. fraus struatur. Quanquam in hac quaestione DD. non idem sentire, liqueat ex traditis apud Heeserum de Acquaest. conjug. part. 2 loc. 30 n. 175 & 177. Ob similem suspicionem fraudis nec priuigno quid relinqu posse, aiunt, nam parens, qui quaeque priuigno suo donat, videtur ipsi secundo coniugi donare infraudem

C

legis.

Rittershus. c. 1. Ceterum Galliae consuetudines pleraque, aut fere omnes, parentibus inhibitent, ne filiis ad successionem venientibus, quicquam praetegare aut praceptionis iure donare liceat, ut telis est Ann. Robertus l. 1 rev. iud. c. 15 in calce add. Gudelinus d. iur. nouiss. lib. 2 c. 19 in fine. Nimurum ut Ambrosius libro de Josepho Patriarcha praecepit: *jungat liberos aequalis gratia, quos aequalis iungit natura.*

## TH. p. XIII

**D**e unitis per pactum & paritionem prolium, quaestio moueri potest; an etiam quoad illos valeat diuisio parentum ab intestato? Hic rursus recurrentum est ad quaestionem, tanquam praeiudicialem, an nimurum testamenti factio parentibus in illo casu sit relicta? nam a testamento parentum inter liberos affirmatiue argumentari solent DD. ad diuisionem paternam, vid. Perillustr. L. B. de Lyncker. R. 149 n. 12 & 13. Et distinguit Franzkius lib. 2 ref. 28 n. 5 & seq. an parentes simpliciter de suis bonis, an vero etiam de ipsa unione disponere velint? Posteriori casu testamentum non valere scribit, quia sicut verus & naturalis parens non potest filiationem per genitaram contractam testamento tollere, nec sine causa liberos exheredare, ita nec in nostro casu, sine parificatorum consensu circa unionem quicquam disponere potest, sed ad exemplum naturalium liberorum ad minimum illis legitima relinquenda est; Franzkius cit. loc. n. 13. In priori casu testamenti factionem liberam manere, ait,

ait, quia per vniōnem non directo de futura successione, sed saltē de pariatione liberorum agitur, ut scilicet ab alterūro parente singuli pro veris liberis habeantur, ac si ex illis ipsis nati essent, & consequenter ad successionem sese, tanquam alioquin inter naturales & legitimos fit, aequaliter habeant: indeque deducit Franzkius, quod parentibus, quoad liberos parificatos, ius testandi perinde salutem maneat, ac si solum adessent proprii liberi, & consequenter, sicuti non obstante iure liberorum ab intestato succedendi, parentes testari & inaequaliter iis aliquid relinquere possunt, ita & idem quoad unitos licitum erit. Ampliat hoc Franzkius *cit. loc. n. 9. & seqq.* (1.) quod idem sit, licet in pacto expressum sit, bona aequaliter esse distribuenda, (2.) licet dictum sit, sine via definitiōne diuisionem fieri debere, (3.) quod nec statuto, nec consuetudine, contrarium induci possit. Hisce nunc praesuppositis, multo magis nuda diuisio ab intestato, etiam inaequalis, parentibus erit permittenda. Ast B. Dn. Hertius *in diff. d. praeleg.* §. 9 tradita Franzkii vera putat, si illa secundum Romana iūra exigantur. Cum vero certis documentis constet, unionem prolium diu, antequam Romana iūra reciperentur, usitatam fuisse, quandoquidem iam Sec. X. V. Ordinatio Moguntina de ea, velut dudum solita, loquatur, eandemque ciuitati Francofurtensi confirmauerit Maximilianus I. Imperator (vid. priuilegia der Stadt Frankfurt anno 1494 part. 2 p. 378.) nec minus constet, unionem prolium ideo inuentam, vt, aequalita-

C 2 te

20 DE DIVIS PARENT INTER LIBEROS

te inter liberos diuersi matrimonii, praesertim ratione bonorum, constituta, dissidiis alioqui facile orituris obvietur, nec quis credere possit, maiores nostros, qui testamentis ante ius Romanum parcissime usi, id in illis etiam admisisse, quibus institutum hoc oblique subrui aut euerti posset, hinc Dn. Hertius *cit. loc.* a Franzkio discedit. Nos vero facile subolemus, tradita Hertii niti duabus hypothesibus, quarum una est, ius Ciuale Romanum tantum in subsidium receptum esse; altera, quod inter statuta & consuetudines ante receptionem iuris ciuilis vigentes & post eam introductas, distinguendum sit, ita ut haec, non vero illae, interpretationem ex iure Romano capiant. Verum hae duae hypotheses, haec tenus a quibusdam adductae, ab omnibus nondum sunt admissae, & sine noua conturbatione iurium vix admitti possunt, hinc inhaeremus doctrinae Franzkii.

TH XIV

N. #3  
**Q**uod matrem attinet, an illi etiam in diuisione paterna aliquid assignari possit? non immerito quaeritur. Sed missis disputationibus, quoad testamentum paternum inter liberos, an sit scriptum, an nuncupatiuum? an duo testes fuerint exhibiti, an plures? an per modum legati vel fideicommissi matri aliquid sit relictum, nec ne? omnino aequa videtur opinio Schilteri *Ex. 28 f. 126.* quando dicit: *recedit autem ius Francorum & aliorum populorum Teutonicæ originis, a iure Justinianeo, quoad uxorem sive viduam defuncti. Post quam*

quam enim haec in participationem hereditatis ab illis est recepta, consequenter non amplius habetur pro extranea, sed uti lex divisionem hereditatis inter ipsam & liberos facit, ita & dispositio patris praecauere poterit, salua utrisque legitima portione. --- arque quum iure communi in Germania hoc sit receptum, ut uxor portionem legitimam, quam statutariam vulgo vocant, accipiat, --- conficitur, validam esse dispositionem patris, in qua uxor liberis quoad partem suam hereditatis permixta est, nec habetur nobis pro extranea quoad portionem banc legitimam: plane si quid ulterius assignatum aut aliquid aliud v.g. ususfructus omnium bonorum, eatenus habetur adhuc pro extranea, & haec particula dispositionis pro nulla: quo pertinent responsa apud Richter.

dec. 29 n. 87.

### TH. XV.

**T**ransimus ad res, quae a parentibus inter liberos diuiduntur, quae, si allodiales sunt, sine dubio in hanc divisionem veniunt, quod extendunt etiam ad bona auita, **Erb:** oder **Stamm:** Güter, quae scilicet parens ipse non acquisiuit, nec a suo parente, sed a suis maioribus, aut nimirum, proauo, & vterioribus parentibus & maioribus accepit. Schulz. *in synopsi Inst. tit. d. assign. libert. lit. a.* An autem hoc locum etiam in feudis habeat, vt pater possit uni ex filiis totum feudum assignare, vel disponere, vt filii inaequaliter in feudo succedant, ac, v.g. uni filio duae partes, alteri tertia pars feudi assignetur? quaeritur: & quia diuersae hac de re opiniones, extensiones & limitati-

C 3

ones

## 22 DE DIVIS PARENT INTER LIBEROS

ones reperiuntur, quas recenset Schneidevvinus *ad Inst. d. assignat. libert.* Gaiius *lib. 2 Obs. 112*, hinc videbimus, annon quaestio per distinctionem inter feudum ex pa<sup>to</sup> & prouidentia & inter feudum hereditarium expediri possit. Illud vocamus, in quo succeditur primo acquirenti, & ex eius dispositione, non ultimo defuncto. *arg. l. 67 pr. & 5. 1 d. Leg. 2 l. 3 ff. d. interd. & releg.* neque est pars hereditatis, *d. l. 3 & 2 F. 45.* quae doctrina exceptionem patitur in vasalli liberis, qui nomine heredum veniunt, *1 F. 1 ff. 2 inf. & 1 F. 15 in f. 2 F. 18 26 ff. fin. 34 ff. proficit*, unde concluditur, si hi liberi patri in allodio succedunt, quod una intelligatur esse hereditas, nec feudum sine allodio acquiri possit. *2 F. 45 s1 5. filius.* Verum ab hac exceptione ratione liberorum vasalli DD. proficiunt, adeoque ad regulam referunt tres casus, (1.) si feudum sit datum vallo, & liberis. Anton. *disp. feud. 1 tb. alt. dir. K.* ubi hanc rationem reddit: *Quod enim filius patri in feudum successurus eiusdem hereditatem simul retinere tenetur, id quidem pertinet ad naturam feudi, non tamen ad eius substantiam.* Pacto igitur & conventione contrahentium recessi potest a iure illo, & effici, ut filio, etiam non heredi, licet consequi bona feudalia. *Quod autem talis conventione censatur interponi, quando feudum expresse pro liberis datur, ex iure communis (a quo omnia statuta omnesque consuetudines, quantumvis strictae, interpretationem, quam vocant, passiuam recipiunt, Schrader. part. 1 quaest. 3 n. 2 Rosenthal. cap. 1 quaest. 15 n. 32 & seqq.) manifestum est: in primis vero ex l. cum patronus. 22 ff. cum libertus. ff. d. operis libert.*

quin

quin etiam interpretes prodiderint generalem regulam, si pater rem non transitoriam in heredes extraneos stipulatus fuerit sibi & liberis seu filiis suis, eum liberis, ux liberis, hoc est, etiamsi heredes non extiterint, stipulatum censi. Verum enim vero haec regula & antea citata lex probant quidem, quod res transeat ad liberos, etiamsi in reliquis non sint heredes patris facti, & sic etiam eodem modo feudum ad liberos peruenire potest, verum inde non sequitur, quod, si liberi feudum ab alio lodo separare valent, hoc contra naturam feudi sit, quippe quae erat principalis ratio Antonii, quam nos non concedimus, alias enim sequeretur, quod regulariter illud feudum, quod liberi vel etiam agnati absque allodio acquirere nequeunt, sit improprium. Rebus ergo statuimus, quod regulariter in feudo ex patre & proutidentia feudum separare liceat ab allodio, & tantum ius feudale commune quoad filios induxit exceptionem, a qua si dominus & vasallus recedunt, non recedunt a natura feudi, quin potius ad eius regularem naturam redeunt, sed recedunt solum ab exceptione in iure communi feudalii tradita.

## TH. XVI.

**E**xcipiunt, (2.) si patri intuitu liberorum feudum sit concessum; | Carpz. p. 2 C. 47 d. 8 (3.) Aliud iure Saxonico extra electoratum etiam obtinere putat Carpzov. cit. loc. def. 4 n. 5, ubi per texuum in art. 21. lib. 2. Land-Recht in verbis: Hat auch ein Mann einen Sohn, der sein Lehns-Erbe ist, nach Lehn Recht,

Recht, er behält seines Vatters Gebäude gar auf seinem Lehn mit mehrern Recht, dann der sein Erbe ist nach Land-Recht ic. Hoc probat contra Hartm. Pistor. part. 2 quaeſt. 2 n. 49 & Berlich. part. 2 concl. 16 n. 17.

## TH. XVII

**N**unc statuimus, quod etiam in feudo ex pacto & prouidentia pater possit diuisionem instituere inter filios iure hereditario succedentes, quia hi tanquam heredes factum patris praefare debent; Secus ergo est in casibus exceptis, ubi filii iure hereditario non succedunt. Ita breuiter quaestionem hanc arduam, & in qua tot sententias esse aiunt, ut vix discerni possit, quae communis sit, ex solida, ut putamus, ratione, decidimus. Evidem sunt, qui distingunt, inter feudum ex pacto & prouidentia antiquum & nouum, putantes, illud parentis dispositioni non subiacere, bene tamen nouum. Attamen etiam quoad nouum dissentit Hermann. Vulteius d. feud. cap. 9 n. 79 p. m. 487. ex hac ratione, quia in inuestitura omnibus successoribus ius quaeſitum est, quod ab ipsis inuitis aut sine suo facto auferri non debet, ut maxime domini consensus interueniat, atque hinc Vulteius reiicit distinctionem Cephalii Conf. 152. n. 81. qui domino consentiente patri hoc permittit, non vero domino dissentiente. Sed hand distinctionem amplecti videatur Rosenthal. de feud. cap. 7. Concl. 16. a Vulteio autem quoad feudum nouum recedere Perillustr. L. B. de Lyn.

Lyncker. ad Struv. Syntagm. jur. feud. cap. 9 apb. 1 n. 7,  
sed quoad antiquum consentire videtur, qui tamen  
quoad ius Saxonum ratione antiqui, filios parentis  
factum praestare teneri, statuit. Nos a ratione &  
assertione nostra inde non dimovemur, nam & in an-  
tiquo & in novo feudo ratio obtinet, quod filius fa-  
ctum patris praestare debeat, si ut heres succedit. Et  
confirmamur in ea eo magis, quod videamus, etiam  
quosdam dissentientes afferre rationes sui dissensus,  
quae saltem exceptionem nostram primam concer-  
nunt. vid. Gail. lib. 2 Obs. u6 num. 9 & u.

## TH. XVIII

**P**rocedimus ergo ad feudum hereditarium, quod  
non ex solis verbis, sed simul ex mente inuesti-  
turae aestimamus. Prius quidem volunt allegati a  
Vulteo d. feud. cap. 8 n. 23, & hinc feudum heredi-  
tarium esse dicunt, quod alicui concessum cum men-  
tione heredum. Ast vox *heres* explicanda est pro  
substrata materia, hinc potius dicimus, illud heredi-  
tarium esse, in quo ex mente inuestiturae, successio  
feudalis mutata est in aliquam hereditariam, Dn.  
Cocceius d. Jur. Feud. tit. 3 n. 24. Et quia illa mu-  
tatio vel in totum, vel in tantum fieri potest, hinc re-  
ete diuidunt hereditarium in mere & mixte heredi-  
tarium. Mere hereditarium est, quando tota suc-  
cessio mutata est in hereditariam. Mixte heredita-  
rium est, quando ex pactis inuestiturae, vel alias ex  
usu locorum, feudum hereditarium tantum quos-

D dam

dam effectus feudi hereditarii habet; hinc reiicimus Pileanos, qui illud mixtum vocant, ubi agnati iure proprio, filii vero iure hereditario succedunt. In feudo mere hereditario sine dubio patri permisitetur divisio. Quoad mixtum etiam Doctores adhibere, ut pater vni filiorum id praelegare possit, scribit Vulteius c. l. n. 59. ex hoc argumento: quod in tali feudo, filius ut succedat, requiratur, ut sit heres, secundum communem opinionem, & ita, si heres non est, secundum petere nequeat; si vero heres sit, factum defuncti impugnare haud valeat. Differit quidem veterius Vulteius de agnatis, quos vero, quia ad nostrum censem non pertinent, lubenter dimittimus.

## TH. XIX

**S**ed quid iuris circa feudum pignoratum, Pfand-Lehn, competit patri? Hic ante omnia sciendum est, quidnam sit feudum pignoratum? tunc enim quaestio de effectu erit facilior. Istam definitiōnē videtur nobis rectissime expressisse B. Dn. Brücknerus in disp. d. curiosis juris feud. ib. 33, cujus verba ad nostrum scopum facientia hic transcribere licebit; Distinguit autem inter duplēm feudi pignoratiū acceptionem, nam (1) accipitur pro tali re, quae anteā erat allodialis, postea vero accepta certa pecunia, tanquam credita in feudum data, sub pacta libertate reliundi indefinite, vel intra certū tempus. Quo casu, si vasallus ante factam a domino directo reliutionem moriatur, relictis filiis & filiabus, filii tantum in

in taliter dicto pignoratitio feudo succedunt, exclusis filiabus, quia naturalia feudi, quale etiam successio masculorum p[ro]t[er]ae feminis est, hic merito attenduntur. Adeoque nos, quod attinet diuisionem paternam, hic eadem obtinere putamus, quae antea circa feudum ex pacto & prouidentia attulimus.  
(2) feudum pignoratitium accipitur pro re, ante op[er]ationem iamdum feudal[em], sed forte a vasallo cum consensu domini directi & agnitorum oppignorata, atque tunc improprie haec res dicitur feudum pignoratitium, etiā **Pfand-Lehn**, quia feudum non vt feudum, sed potius allodialiter penes creditorem est, Dn. Struv. *Syntagma. Jur. Feud. cap. 4. apb. 14. n. 2.* indeque consequitur, in talem rem oppignoratam & masculos & feminas aliosue heredes allodiales allodialiter, & vt in pignus succedere. Hinc nos rursus concludimus, quod multo magis paterna diuisione in eo sit admittenda.

## TH: XX

**D**e emphytheusi quoque pro se & filiis constituta, quaeritur: an illam vni-liberorum pater assignare possit? Negat hoc Iason *in l. 2 C. d. jure emphyteutico. n. 207. & seq.* quam opinionem communem esse testatur Covarruuius *2 var. Resol. 18 n. 2.* Sed quia emphytheusis natura sua perpetua est, & in quoscunque heredes, etiam extraneos, transit, non videtur dominus, quando alicui pro se & filiis suis emphytheusin concedit, ius emphyteuticum re-

D 2

strin-

## 28 DE DIVIS PARENT. INTER LIBEROS

strinxisse, sed hoc tantum voluisse, ut emphitheuta sine filiis defuncto, exclusis agnatis & extraneis, id recta ad dominum reuertatur, vel uno verbo, dominus tantum voluit demonstrare certos successores, non vero successionis modum praescribere.

TH. XXI

**D**e forma diuisionis paternae etiam quaedam veniunt adiicienda, vbi iam in descriptione diximus, quod illa per modum legati fiat. Nam siue diuisio fiat aequaliter, siue inaequaliter, utroque casu cuique heredum sua portio quasi legatur: eo enim ipso, quo certa portio, alioquin coheredibus pro indeuisio communis, vni soli assignatur, reliquorum ius in illa re tollitur, & huius solius sit propria: quod si diuisio inaequaliter fit, tunc per modum p<sup>r</sup>aetegati sese habet, & hinc vulgate I<sup>C</sup>torum brocardicum, quos laudat Brunnemann. ad L. 14 C. famil. bercise. scilicet, diuisionem a testatore factam se habere instar p<sup>r</sup>aetegati, ad hanc inaequalem diuisionem respicit. Quamvis autem B. Dn. Hertius *dissertatione de p<sup>r</sup>aetegatis*, §. 5, neget, dictam regulam ad diuisionem paternam pertinere, quia nuspian tale quid constitutum reperitur; ei tamen accedere non possumus, cum iam antea euictum sit, diuisionem inaequaliter fieri posse, adeoque, quod vni heredum p<sup>r</sup>ae altero conceditur, utique instar p<sup>r</sup>aetegati vel legati haberi potest, praesertim postquam legata fideicommissis sunt exaequata, & sic ex natura fideicommissorum

forum hoc acceperunt, ut etiam ab intestato valeant. Cauter autem eiusmodi diuisio instituenda est, & potius a morte propria suspendenda, quia iam supra diximus, quod inter viuos non facile valeat, neque iure communi talis diuisio subsistit, qualis iure Lubecensi recepta est, ubi per diuisionem liberi separantur, & excluduntur a futura parentum successione, quam rationem diuidendi optime defendit Meius part. 2 tit. 2 art. 2 n. 7 & seqq. Supra autem iam monutus, quod inter eas tantum personas possit fieri diuisio, quae alias ab intestato succedunt. Hinc procedit talis diuisio, etiam si nulli filiorum aliquid relictum sit titulo institutionis, Jason. in autb. novissima, C. d. inoff. test. ubi dicit, hanc opinionem esse veram, sicut euangelium, eamque multis rationibus confirmat. Aequitas enim & honestas suadet, ut filii parentum voluntatem obseruent, l. ult. C. d. test. id quod praeiudiciis variis confirmat Richterus dec. 29 n. 5 ubi & hoc refert: Dass dieses für eine väterliche Abtheilung unter den Kindern, bey welcher einige solemnität und institutio heredum nicht vonnothen, geachtet werden kan. sc. hinc etiam in tali diuisione quidam liberi v. g. prioris matrimonii non possunt excludi; Illustr. B. de Lyncker. dec. 1373.

## TH. XXII

**H**aec diuisio autem fit vel in scriptura, vel per nuncupationem. Priori casu subsistit, si vel ipse parens diuisionem scripserit, vel scripturae aliena

## 30 DE DIVIS PARENTI INTER LIBEROS

na manu factae subscriptserit, vel si liberi sua subscriptione illam approbauerint. *l. f. C. famil. bercisc. Nov. 18 cap. 7 & ibi Stephan. n. 48, 49 Nov. 107 cap. 3;* Carpz. p. 3 c. 4 d. 22, Hartm. Pistor. p. 1 q. 2 in fin. Schilter. *Ex. 38 §. 13.* Posteriori casu parentis voluntas tunc demum vim habebit, si duo testes adfuerint, coram quibus parens suam diuidendi voluntatem exposuerit, *arg. l. 12 de testibus.* Carpz. p. 3 c. 4 d. 22 n. 10. Hinc quaeritur, an, quando pater ipse scribit diuisionem, necesse sit, ut nomen suum exprimat? quod videtur affirmandum, quia alias, ubi nomen scribentis scripturae non insertum, scriptura non recognoscibilis dicitur, Carpz. lib. 3 R. 81 n. 81 & seqq. Pro negatiua autem facit, quod sufficiat, quibuscumque indiciis constare de voluntate patris. *l. fin. C. famil. bercisc.* Schilter. *cit. loc. perillustr. L. B. d. Lyncker. dec. 226.* Hinc inferunt Doctores, quod schedula reperita in cistula patris, continens diuisionem bonorum inter filios, fidem faciat & seruanda sit, si manu patris scripta, vel saltem subscripta sit. Gail. lib. 2 obs. 112 n. 9. Quid autem, si nec locus nec dies sit adiectus? quoad testamentum parentum inter liberos hunc casum ponit Sande lib. 4 dec. fris. tit. 1 def. 9, quod testatrix inter liberos testari volens notario suam voluntatem dictauerit, qui eam in scripturam redigit, cum clausula: *quod testatrix suam voluntatem velit valere in vim testamenti in scriptis conditi, vel nuncupationi, vel alterius cuiusque voluntatis, in fine additis his verbis: actum, ut supra, putans, se in procemio diem,* men-

mensē & annum expressissime, quem incuria praetermisserat. Licit autem testatrix huic scripturae in praesentia testium subscriptserit, vna cum testibus, quorum unus in sua subscriptione diem, mensē & annum notauerat, tamen in iudicio inferiori haec voluntas pronuntiata fuit invalida; ast in curia superiori sententia fuit reformatā. Quicquid autem sit de testamento, aliud plane est in nuda diuisione, quippe quae nec testibus indiget, nec aliis solennitatibus l. 21 C. d. test. illustr. L. B. de Lyncker dec. 226 & dec. 1206. De quaestione autem, an ad testamentum parentum inter liberos requirantur duo testes, nec ne? vterius vid. Schilter. Ex. 38 §. 127. Est itaque pritilegium hoc diuisionis plenissimum, quo & testamentum paternum inter liberos absque testibus ac subscriptione anni & diei consequū adiuuari potest, nimurum ut valeat saltē iure diuisionis paternae inter liberos; Hartm. Pistor. p. 1 q. 2 n. 29 vers. ex quo porro ex vi & efficacia clausulae codicillaris, vel de omni meliori modo. Quae verbis licet non expressa, in omni tamen testamento parentum inter liberos subintelligitur. Hartm. Pistor. p. 4 q. 9 n. 19. Anton. Faber in Cod. lib. 6 tit. 5 d. 7 n. 4 Carpz. lib. 6 R. 43 n. 8, 9. Quoad diuisionem nuncupatiā tenendum est, quod licet in illa simplex voluntatis probatio desideretur, l. 16 C. famil. bercis. ibi: voluntas eius declarata quibuscumque verbis. Et l. 21. ibidem: qualicunque iudicio. item l. ult. C. eod. ibi: verbis vel indicis, tamen probatio per duos testes fieri debeat; vbi enim non

non ad solennitatem, sed ad rei probationem respicitur, sufficient duo testes. Quaeritur autem, an testium duorum consociatio requiratur? Evidem, quando haec divisio in codicillis sit, consociatio ideo videtur necessaria, quod testes uno eodemque tempore adhibendos exposcat *l. ult. §. ult. C. d. Codicill.* Meyer. in *Colleg. argent. tit. de jure Codicill.* *tb. 14.* Ludwell. *d. ultimis voluntatibus. part. 2 cap. 5 pag. 403.* & singulari priuilegio in testamento tempore pestis condito coniunctio testium sit remissa. *l. 8 C. de test. iuncta l. 12 §. 43 ff. d. instr. vel instr. leg.* adeoque regulariter in ultimis voluntatibus testes simul praesentes esse debeant; sed quando divisio tantum nude declaratur ab intestato, non videtur necessaria coniunctio testium, licet enim in testamento nuncupatiō consociationem & unum contextum requirant, (vbi tamen alii merito textum desiderant) quia tamen divisio paterna saltē est praeuentio arbitri familie herciscundae, non apparet, quare ad probationem huius aetatis consociatio testium requirenda sit: quin & pro confirmatione huius sententiae perillustr. *B. de Lynck. R. 149.* argumentum necit ex fundamento iuris gentium, cuius verba cum hoc apprime faciant, apponere libet: quo p̄ae ceteris doctrina Philiippi Cornei pertinet ad Autb. quod sine. *C. d. test. n. 3* quando: ubi duo, inquit, tantum testes requiruntur, ibi non ad solennitatem, sed ad rei gestae probationem respexisse leges videntur, quae, quomodo, quave forma impleatur, parum interest, si voluntas testantis pateat. Nec minus etiam hoc facit, quod in ipso

ipso etiam testamento parentum inter liberos (quoad voluntatem eiusque sensum, de cetero enim & ipsum sua requisita croulta habet) ius tantum gentium servari dicare DD. ap. Mant. tit. ii n. 10 d. ult. volunt. Mich. Grassis. lib. i recept. sentent. §. test. quæst. n. n. 1, & quod in eo modus probandi regularis observetur: adeo, ut, si dubitetur, num haec manus testatoris sit, ad id probandum duo etiam testes singulares sufficiant, Covarruv. c. 6 d. test. & Jul. Clarius recept. sentent. §. testamentum'; quæst. 8 n. 24. Desumit porro perillustr. B. de Lyncker. cit. loc. n. 17 seq. argumentum a testamento militum, quo voluntates ultimæ parentum multo sunt favorabiliores, teste Jasone in Autb. Novissima. n. 17 C. de test. & l. 21 s. i n. 4 C. eod. Castrensi. ib. n. 2. Dauth. ad Autb. Hoc inter n. 1 C. de test. Vulteius & C. marp. 15 n. 3, iam vero de ultimis voluntatibus militum nullibi constitutum censet, quod testium duorum consociatio requiratur. Neque enim aliud in l. 40 pr. de test. mil. requiritur, quam ut ita subsecutum esse, legitimis probationibus ostendatur. Cum nunc militum testamenta ad simplicitatem iuris gentium sint redacta, in quo ad probationem negotii duo testes requiruntur, duo autem testes, singulares etiam, pro duobus aestimantur, hinc concluditur, consociationem praecise non requiri. Ceterum hoc est expeditum, rogationem testium non esse necessariam, & etiam feminas inter testes admitti, quia non ad solennitatem, sed ad probationem faciunt.

## TH. XXIII

**A**d effectum diuisionis paternae referimus quaestione, an illa faciat parentes testatos, an intestatos? Diuersimode hac de re DD. sentiunt, ut ex Sichardo *ad l. 10 n. 7 c. famil. bercisc.* Schiltero *Ex. 38 f. 124.* Dauthio aliisque patescit. Sichardus eo tendit, an ex diuisione colligi possit, patrem voluisse facere testamentum, aut codicillos, vel decedere intestatus? & quod magnus huius quaestions effectus sit, inde euincit, quia, si parens testamentum fecit per illam diuisionem, tunc natuitate posthumi improuisa hoc testamentum rumperetur; si vero fecit codicillos, tunc natuitate posthumi illi codicilli non rumpuntur, ita tamen, vt posthumo legitima portio maneat salua; *l. pen. ff. de iur. codicill.* Hisce praesuppositis Sichardus amplectitur glossam distinguentem, an pater diuidens inuenierit diuisionem in voluntate solenni, i. e. adhibitis septem testibus, notario & ceteris, quae requiruntur in *l. hac consultissima. C. d. test.* & tunc praesumit, patrem voluisse facere testamentum; an vero defectus sit in testibus tempore diuisionis, vt pote si tantum duo vel tres adhibiti: & tunc subdistinguit, aut ille pater fecit diuisionem per quotas, & praesumitur voluisse facere codicillos: aut non fecit per quotas, sed tantummodo certas res cuique assignauit, & praesumitur voluisse decedere intestatus, sic tamen, vt illa diuisio habeat vim pralegatorum. Laudat etiam Sichardus huius opinionis

patro-

patronos, Baldum, Salicetum, aliosque, & quod Baldus dicat, antea dictam glossam esse praeferendam omnibus in vniuerso corpore iuris. Schilterus autem tradit, defunctum non quidem testatum decedere, neque etiam plane ab intestato liberos succedere, sed media ratione & ex ultima patris voluntate diuisoria, imo clarius dicit: *Successio liberorum fit ab intestato, modus succedendi ex ultima voluntate nuda.* Et sic putat Schilterus, solidam apparere responcionem ad longam & inanem (an vero inanis sit, ex Sichardo antea relatum est) Doctorum controversiam, an talis dispositione valeat iure testamenti, an iure intestati. Hoc facile concedimus Schiltero, talem dispositionem valere, etiam si titulus institutionis inter liberos fuerit omissus, sed an haec conclusio dependeat ex eius media ratione succedendi, ipse videat.

## T.H. XXIV

**C**um vero diuisio praediorum vicem emtionis habeat l. 1 C. comm. utriusq. iud. hinc pro excessu portionis debitac, laudemium erit praestandem. Franzkius d. laudem. cap. 8 n. 52. Porro diuisio paterna heredes ab intestato obligat, non tantum remotioribus, sed & extraneis restituere fide commissa, per illustr. Dn. de Lynck. dec. 226. An vero & quatenus evictio a coheredibus sit praestanta, tradit Sande lib. 4 tit. 11 def. 2 B. Dn. Hertiū de praeleg. §. 5 in fin. Cumque certum sit, quod praelegatum heres, et si abstinuerit se hereditate, consequi possit, l. 17 §. 2 d. leg. 1 l. 87 eod. quae sententia

E 2

tentia

tentia a Dn. Brunnemanno *ad l. 87 leg. 1*, in prima commentarii ad ff. editione impugnata, in nouiori melioribus rationibus defensa est; hinc sequi videtur, quod etiam in diuisione paterna, quippe quae per modum praelegati quandoque fit, idem oblineat; Sed limitat dictam assertionem Brunnemannus *ad l. 90 §. 1 d. leg. 1*, in diuisione bonorum, quia diuisio & assignatio honorum facta a patre, videtur in executionem commodiorem praecedentis institutionis (vel etiam successionis ab intestato) facta, & ut obuiam eatur discordiis fratrum. Item nostra diuisio non debet praecise de omnibus bonis fieri, hinc differt a testamento inter liberos. Dn. Böhmer. *ad Jus Digest. tit. de test. milit. §. 29.* Exinde etiam datur actio familiae herciscundae. Carpz. *lib. 6 R. 43 n. 6 in f.*

## TH. XXV

**M**ulto fusiores esse possemus, sed properamus ad finem, ne instituti metas excedamus. De contrariis, inter quae poenitentia aliaque veniunt, quae alias ultimas voluntates euerunt, vid. Perillustr. Dn. B. de Lyncker. *dec. 1349.* Nonnullorum locorum statuta quoque aliquid praecipui vni ex liberis relinqueret vetare, testantur Gudelinus *d. iur. noviss. lib. 2 cap. 19 in f.* Vinnius. *d. collat. cap. 17 n. 17* & statutum Hamburgense *part. 3 tit. 2 §. 4* hanc facultatem ad bona acquisita (*wohlgewonnene Güter*) restrinquit.

## TH. XXVI

VVLGO: Von Väterlicher ~~U~~<sup>U</sup>lung. 37  
TH. XXVI

D<sup>icitur</sup> enique haec diuisio accedit testamentis parvum  
inter liberos, differentiae autem ex hac tenus tradi-  
tis colligi possunt. Sic etiam assignatio libertorum  
ad affinia pertinet, vnde & interpres hanc nostram  
ad illum titulum plerumque recensent, quorsum be-  
nevolium lectorum, breuitati studentes, vtque mi-  
nus exafciatum hunc laborem bene consu-  
lat, rogantes, remittimus.

SOLI DEO GLORIA



ALFEO: Don Quichotte

Th. XXXI

D  
einde prope quibus sequitur tunc de aliis  
miseritatis gitterum tamen ex iherusalem  
gitter colliguntur. Si enim regimur iherusalem  
ad illius portas, unde et ipsius portas iherusalem  
nequatum fuisse potest ut iherusalem iherusalem.

SOTT DEO GLORI



**ULB Halle**  
003 742 458

3




f

TA → OL

nur 1+9 Stück verknüpft



**Farbkarte #13**



B.I.G.

AVGVRALIS JVRIDICA  
DE  
**SIONE NTVM LIBEROS**

VLGO  
*der Theilung.*

VAM  
ESIDE  
**VILDVOGELIO**

VMMATISSIMO  
ENSI INTIMO, CVRIAEC PROVIN-  
IEC NON FACVLT. JVRID. AS-  
JVRIS PVBL. FEVD. ITEMQUE  
PROFESSORE ORD.

**CENTIA**

*VRE HONORES CAPESSENDI*

**A SALANA**

AO. C. MDCCX

VM EXAMINI SVBMISIT

**ORICVS KROMAYER**

NENS.

**FFICINA EICHSFELDIANA**

7 3 7.

(5)